

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0545
	0543
	0549
	0539
530	
peregrini illum militem, qui eos movit, dilacerassent. Quamdiu vixi in hoc mundo, tristiorum noctem non habui. Contigit profecto nobis, sicut sociis Ulyssis, quos Euryalus consocius omnes in periculum submersionis induxit, cum tamen praedictum eis fuerit non navigandum.	0554 0534 0594
Iter ad mare rubrum et gaudium peregrinorum.	0494
Tertia die ante plenam lucem more solito de Wardachii recessimus per lata et arenosa campestria et, antequam lux plena esset, duas turmas camelorum obvias habuimus, in quarum medium incidisemus, si non ad socios venissemus. Et cum iam clara dies esset, venimus in Sur desertum et satis propinqui mari fuimus. In hoc desertum venerunt filii Israel primum transito mari rubro, sicut dicitur Exodi 16. Sed et Agar, ancilla Sarae, dum fugeret a facie ejus et redire vellet in Aegyptum, unde nata fuit, in hoc deserto solivaga inventa est ab angelo Domini et jussa redire ad Saram dominam suam et se ei humiliare, et praenunciavit ei multa futura de puerō, quem in utero gestabat, de Ismaele, qui pater est omnium Ismaelitarum, Agarenorum, Sarracenorum et populo rum de monte Seir.	0644 0444 1044 0044
Rogabant ergo domini peregrini, qui ad mare rubrum non fuerant, Calinum, ut possent ad id descendere, praecipue cum in illo loco nobis propinquo dicantur filii Israel de mari egressi fuisse in desertum Sur, ut dicitur Exodi 17. Assig navit ergo Calinus peregrinis famulos Arabes ductores et descendimus omnes cum eis ad mare rubrum. Quamvis enim peregrini tertiae societatis ad mare fuissent, ut dictum est, tamen quia nullam ibi experientiam maris acceperant, nec propter turbationem mare considerare poterant, ideo iterum cum aliis descendebant, camelī autem per viam regiam pro cedebant. Fecimus ergo viam unius horae et ad aquam maris devenimus et, quamvis adhuc mane esset, tamen vestibus nos nudavimus et in mari rubro balneati et baptizati sumus, in hoc inquam mari, in quo secundum apostolum 1. Cor. 9. omnes patres nostri in Moyse baptizati sunt. Ibi enim filii Israel per medium siccum ambulaverunt ab una parte maris	Ende Anfang